

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

OFFICE OF HOLY SATURDAY

MATINS

FIRST NOCTURN

Ant. In pace * in idípsum, dórmiam et requiéscam.

Ant: I will both lay me down in peace, * and sleep.

PSALM 4

- | | |
|---|--|
| 1. CUM invocárem exaudivit me Deus iustítiæ meæ: * in tribulatióne dilatásti mihi. | 1. When I called upon him, the God of my justice heard me: * when I was in distress, thou hast enlarged me. |
| 2. Miserére mei, * et exáudi orationem meam. | 2. Have mercy on me: * and hear my prayer. |
| 3. Fílii hóminum, úsquequo gravi corde? * ut quid dilígitis vanitátem, et quæritis mendácium? | 3. O ye sons of men, how long will you be dull of heart? * Why do you love vanity, and seek after lying? |
| 4. Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum: * Dóminus exáudiet me cum clamávero ad eum. | 4. Know ye also that the Lord hath made his holy one wonderful: * the Lord will hear me when I shall cry unto him. |
| 5. Irascimini, et nolíte peccáre: * quæ dicitis in córdibus vestris, in cubílibus vestris compungimini. | 5. Be ye angry, and sin not: * the things you say in your hearts, be sorry for them upon your beds. |
| 6. Sacrificáte sacrificium iustítiæ, et speráte in Dómino. * Multi dicunt: Quis osténdit nobis bona? | 6. Offer up the sacrifice of justice, and trust in the Lord: * many say, Who sheweth us good things? |
| 7. Signátum est super nos lumen vultus tui, Dómine: * dedísti lætítiam in corde meo. | 7. The light of thy countenance, O Lord, is signed upon us: * thou hast given gladness in my heart. |
| 8. A fructu fruménti, vini, et ólei sui * multiplicáti sunt. | 8. By the fruit of their corn, their wine, and oil, * they are multiplied. |
| 9. In pace in idípsum * dórmiam, et requiéscam; | 9. In peace in the selfsame * I will sleep, and I will rest: |
| 10. Quóniam tu, Dómine, singularíter in spe * constituísti me. | 10. For thou, O Lord, singularly * hast settled me in hope. |

Ant. In pace * in idípsum, dórmiam et requiéscam.

Ant: I will both lay me down in peace, * and sleep.

Ant. Habitábit * in tabernáculo tuo, requiēscet in monte sancto tuo.

Ant. He shall abide in thy tabernacle: * he shall dwell in thy holy hill.

PSALM 14

- | | |
|--|--|
| 1. DÓMINE, quis habitábit in tabernáculo tuo? * aut quis requiēscet in monte sancto tuo? | 1. Lord, who shall dwell in thy tabernacle? * or who shall rest in thy holy hill? |
| 2. Qui ingréditur sine mácula, * et operátur iustítiam: | 2. He that walketh without blemish, * and worketh justice: |
| 3. Qui lóquitur veritátem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua: | 3. He that speaketh truth in his heart, * who hath not used deceit in his tongue: |
| 4. Nec fecit próximo suo malum, * et oppróbrium non accépit advérsus próximos suos. | 4. Nor hath done evil to his neighbour: * nor taken up a reproach against his neighbours. |
| 5. Ad níhilum dedúctus est in conspéctu eius malignus: * tímētes autem Dóminum glórificat: | 5. In his sight the malignant is brought to nothing: * but he glorifieth them that fear the Lord: |
| 6. Qui iurat próximo suo, et non decípit, * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem non accépit. | 6. He that sweareth to his neighbour, and deceiveth not; * He that hath not put out his money to usury, nor taken bribes against the innocent: |
| 7. Qui facit hęc: * non movébitur in aetérnum. | 7. He that doth these things, * shall not be moved for ever. |

Ant. Habitábit * in tabernáculo tuo, requiēscet in monte sancto tuo.

Ant. He shall abide in thy tabernacle: * he shall dwell in thy holy hill.

Ant. Caro mea * requiēscet in spe.

Ant. My flesh * shall rest in hope.

PSALM 15

- | | |
|---|---|
| 1. CONSÉRVA me, Dómine, quóniam sperávi in te. * Dixi Dómino: Deus meus es tu, quóniam bonórum meórum non eges. | 1. Preserve me, O Lord, for I have put my trust in thee. * I have said to the Lord, thou art my God, for thou hast no need of my goods. |
| 2. Sanctis, qui sunt in terra eius, * mirificávit omnes voluntátes meas in eis. | 2. To the saints, who are in his land, * he hath made wonderful all my desires in them. |
| 3. Multiplicátæ sunt infirmitátes eórum: * póstea acceleravérunt. | 3. Their infirmities were multiplied: * afterwards they made haste. |
| 4. Non congregábo conventícula eórum de sanguínibus, * nec memor ero nóminum eórum per lábia mea. | 4. I will not gather together their meetings for blood offerings: * nor will I be mindful of their names by my lips. |

5. Dóminus pars hereditátis meæ,
et cálicis mei: * tu es, qui
restítues hereditátem meam
mihi.
6. Funes cecidérunt mihi in
præcláris: * étenim heréditas
mea præclára est mihi.
7. Benedícam Dóminum, qui
tribuit mihi intelléctum: * însu-
per et usque ad noctem in-
crepuérunt me renes mei.
8. Providébam Dóminum in
conspéctu meo semper: *
quóniam a dextris est mihi, ne
commóvear.
9. Propter hoc lætátum est cor
meum, et exsultávit lingua mea:
* însuper et caro mea requiéscet
in spe.
10. Quóniam non derelínques
ánimam meam in inférno: * nec
dabis sanctum tuum vidére cor-
ruptiónem.
11. Notas mihi fecísti vias vitæ,
adimplébis me lætítia cum vultu
tuo: * delectatiónes in dextera
tua usque in finem.

Ant. Caro mea requiéscet in spe.

V. In pace in idípsum.

R. Dórmiam et requiéscam.

PATER noster, qui es in cælis,
sanctificétur nomen tuum: advé-
niat regnum tuum: fiat volúntas
tua, sicut in cælo et in terra.
Panem nostrum cotidiánum da
nobis hódie: et dimítte nobis dé-
bita nostra, sicut et nos dimíttimus
debitóribus nostris: et ne nos in-
dúcas in tentatiónem: sed libera
nos a malo. Amen.

5. The Lord is the portion of my inher-
itance and of my cup: * it is thou that
wilt restore my inheritance to me.

6. The lines are fallen unto me in goodly
places: * for my inheritance is goodly to
me.

7. I will bless the Lord, who hath given me
understanding: * moreover my reins
also have corrected me even till night.

8. I set the Lord always in my sight: * for
he is at my right hand, that I be not
moved.

9. Therefore my heart hath been glad, and
my tongue hath rejoiced: * moreover
my flesh also shall rest in hope.

10. Because thou wilt not leave my soul in
hell; * nor wilt thou give thy holy one to
see corruption.

11. Thou hast made known to me the ways
of life, thou shalt fill me with joy with
thy countenance: * at thy right hand are
delights even to the end.

Ant. My flesh * shall rest in hope.

V. I will both lay me down in peace.

R. And sleep.

Our Father, who art in heaven, Hallowed
be thy name. Thy kingdom come. Thy will
be done on earth as it is in heaven. Give us
this day our daily bread. And forgive us
our trespasses, as we forgive those who
trespass against us. And lead us not into
temptation: But deliver us from evil.
Amen.

Heth. Misericórdiæ Dómini quia non sumus consúpti: quia non defecérunt miseratiónes eius.

Heth. The mercies of the Lord that we are not consumed: because his commiserations have not failed.

Heth. Novi dilúculo, multa est fides tua.

Heth. They are new every morning, great is thy faithfulness.

Heth. Pars mea Dóminus, dixit ánima mea: proptérea expectábo eum.

Heth. The Lord is my portion, said my soul: therefore will I wait for him.

Teth. Bonus est Dóminus sperántibus in eum, ánimæ quærénti illum.

Teth. The Lord is good to them that hope in him, to the soul that seeketh him.

Teth. Bonum est præstolari cum siléntio salutáre Dei.

Teth. It is good to wait with silence for the salvation of God.

Teth. Bonum est viro cum portáverit iugum ab adulescéntia sua.

Teth. It is good for a man, when he hath borne the yoke from his youth.

Jod. Sedébit solitárius, et tacébit: quia levávit super se.

Jod. He shall sit solitary, and hold his peace: because he hath taken it up upon himself.

Jod. Ponet in púlvere os suum, si forte sit spes.

Jod. He shall put his mouth in the dust, if so be there may be hope.

Jod. Dabit percutiénti se maxíllam, saturábitur oppróbriis.

Jod. He shall give his cheek to him that striketh him, he shall be filled with reproaches.

Ierúsalem, Ierúsalem, convértere ad Dóminum Deum tuum.

Jerusalem! Jerusalem! Return unto the Lord thy God.

R. Sicut ovis ad occisiónem ductus est, et dum male tractarétur, non apéruit os suum: tráditus est ad mortem, * Ut vivificáret pópulum suum.

R. He hath been brought as a lamb to the slaughter, and while he was evil entreated he opened not his mouth: he was delivered up to death * That he might quicken his people.

V. Trádidit in mortem ánimam suam, et inter scelerátos reputátus est. * Ut vivificáret pópulum suum.

V. He hath poured out his soul unto death, and he was numbered with the transgressors. * That he might quicken his people.

Aleph. Quómodo obscurátum est aurum, mutátus est color óptimus, dispérsi sunt lápides sanctuárii in cápite ómnium plateárum?

Aleph. How is the gold become dim, the finest colour is changed, the stones of the sanctuary are scattered in the top of every street?

Beth. Fílii Sion íncliti, et amícti auro primo: quómodo reputáti sunt in vasa téstea, opus mánuum figuli?

Beth. The noble sons of Sion, and they that were clothed with the best gold: how are they esteemed as earthen vessels, the work of the potter's hands?

Ghimel. Sed et lámia nudavérunt mammam, lactavérunt cáculos suos: filia pópuli mei crudélis, quasi strúthio in desérto.

Daleth. Adhásit lingua lacténtis ad palátum eius in siti: párvuli petiérunt panem, et non erat qui frángeret eis.

He. Qui vescebántur voluptuóse, interiérunt in viis: qui nutriébántur in cróceis, amplexáti sunt stércora.

Vau. Et maior effécta est iníquitas filíæ pópuli mei peccáto Sodomórum, quæ subvérta est in moménto, et non cepérunt in ea manus.

Ierúsalem, Ierúsalem, convértere ad Dóminum Deum tuum.

R. Ierúsalem, surge, et éxue te véstibus iucunditátis: indúere cínere et cilício, * Quia in te occísus est Salvátor Israël.

V. Deduc quasi torréntem lácrimas per diem et noctem, et non táceat pupílla óculi tui. * Quia in te occísus est Salvátor Israël.

Ghimel. Even the sea monsters have drawn out the breast, they have given suck to their young: the daughter of my people is cruel, like the ostrich in the desert.

Daleth. The tongue of the sucking child hath stuck to the roof of his mouth for thirst: the little ones have asked for bread, and there was none to break it unto them.

He. They that were fed delicately have died in the streets; they that were brought up in scarlet have embraced the dung.

Vau. And the iniquity of the daughter of my people is made greater than the sin of Sodom, which was overthrown in a moment, and hands took nothing in her.

Jerusalem! Jerusalem! Return unto the Lord thy God.

R. Arise, O Jerusalem, and put off thy garments of rejoicing: cover thee with sackcloth and ashes * For the Saviour of Israel hath been slain in the midst of thee.

V. Let thy tears run down like a river day and night, and let not the apple of thine eye cease. * For the Saviour of Israel hath been slain in the midst of thee.

Lamentations 5:1-11

THIRD LESSON

RECORDÁRE, Dómine, quid accíderit nobis: intuére, et réspice opróbrum nostrum. Heréditas nostra versa est ad aliénos: domus nostræ ad extráneos. Pupílli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi víduæ. Aquam nostram pecúnia bíbimus: ligna nostra prétio comparávimus. Cervícibus nostris minábamur, lassis non dabátur réquies. Ægýpto dédimus manum, et Assýriis, ut saturarémur pane. Patres nostri peccavérunt, et non sunt: et nos

Remember, O Lord, what is come upon us: consider and behold our reproach. Our inheritance is turned to aliens: our houses to strangers. We are become orphans without a father: our mothers are as widows. We have drunk our water for money: we have bought our wood. We were dragged by the necks, we were weary and no rest was given us. We have given our hand to Egypt, and to the Assyrians, that we might be satisfied with bread. Our fathers have sinned, and are not: and we have borne their iniquities. Servants have ruled over us: there was

iniquitates eorum portavimus. Servi dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus nostris afferebamus panem nobis, a facie gladii in deserto. Pellis nostra quasi clibanus exusta est a facie tempestatum famis. Mulieres in Sion humiliaverunt, et virgines in civitatibus Iuda. Ierusalem, Ierusalem, convertere ad Dominum Deum tuum.

R. Plange quasi virgo, plebs mea: ululate, pastores, in cinere et cilicio: * Quia venit dies Domini magna, et amara valde.

V. Accingite vos, sacerdotes, et plangite, ministri altaris, aspergite vos cinere.

* Quia venit dies Domini magna, et amara valde. * Plange quasi virgo, plebs mea: ululate, pastores, in cinere et cilicio: * Quia venit dies Domini magna, et amara valde.

none to redeem us out of their hand. We fetched our bread at the peril of our lives, because of the sword in the desert. Our skin was burnt as an oven, by reason of the violence of the famine. They oppressed the women in Sion, and the virgins in the cities of Juda. Jerusalem! Jerusalem! Return unto the Lord thy God.

R. O my people! lament, like a virgin girded with sack-cloth for the husband of her youth, howl, ye shepherds, in sack-cloth and ashes * For the day of the Lord is at hand, and it is great and very terrible.

V. Gird yourselves, ye Priests, and howl, ye ministers of the altar: cast up ashes upon you. * For the day of the Lord is at hand, and it is great and very terrible. * O my people! lament, like a virgin, girded with sack-cloth for the husband of her youth, howl, ye shepherds, in sack-cloth and ashes * For the day of the Lord is at hand, and it is great and very terrible.

SECOND NOCTURN

Ant. Elevamini, * portae aeternales, et introibit Rex gloriae.

Ant. Be ye lift up, ye everlasting doors, and the King of glory shall come in.

PSALM 23

1. DOMINI est terra, et plenitudo eius: * orbis terrarum, et universi qui habitant in eo.
2. Quia ipse super maria fundavit eum: * et super flumina praeparavit eum.
3. Quis ascendet in montem Domini? * aut quis stabit in loco sancto eius?

1. The earth is the Lord's and the fulness thereof: * the world, and all they that dwell therein.
2. For he hath founded it upon the seas; * and hath prepared it upon the rivers.
3. Who shall ascend into the mountain of the Lord: * or who shall stand in his holy place?

- | | |
|---|---|
| <p>4. Ínnocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec iurávit in dolo próximo suo.</p> <p>5. Hic accípiet benedictiónem a Dómino: * et misericórdiam a Deo, salutári suo.</p> <p>6. Hæc est generátio quæréntium eum, * quæréntium fáciem Dei Iacob.</p> <p>7. Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.</p> <p>8. Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis et potens: Dóminus potens in prælio.</p> <p>9. Attóllite portas, príncipes, vestras, et elevámini, portæ æternáles: * et introíbit Rex glóriæ.</p> <p>10. Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.</p> | <p>4. The innocent in hands, and clean of heart, * who hath not taken his soul in vain, nor sworn deceitfully to his neighbour.</p> <p>5. He shall receive a blessing from the Lord, * and mercy from God his Saviour.</p> <p>6. This is the generation of them that seek him, * of them that seek the face of the God of Jacob.</p> <p>7. Lift up your gates, O ye princes, and be ye lifted up, O eternal gates: * and the King of Glory shall enter in.</p> <p>8. Who is this King of Glory? * the Lord who is strong and mighty: the Lord mighty in battle.</p> <p>9. Lift up your gates, O ye princes, and be ye lifted up, O eternal gates: * and the King of Glory shall enter in.</p> <p>10. Who is this King of Glory? * the Lord of hosts, he is the King of Glory.</p> |
|---|---|

Ant. Elevámini, * portæ æternáles, et introíbit Rex glóriæ.

Ant. Be ye lift up, ye everlasting doors, and the King of glory shall come in.

Ant. Credo vidére * bona Dómini in terra vivéntium.

Ant. I believe that I shall yet see * the goodness of the Lord in the land of the living.

PSALM 26

- | | |
|---|--|
| <p>1. DÓMINUS illuminátio mea, et salus mea, * quem timébo?</p> <p>2. Dóminus protéctor vitæ meæ, * a quo trepidábo?</p> <p>3. Dum apprópíant super me nocéntes, * ut edant carnes meas:</p> <p>4. Qui tríbulant me inimíci mei, * ipsi infirmáti sunt, et cecidérunt.</p> <p>5. Si consístant advérsus me castra, * non timébit cor meum.</p> <p>6. Si exsúrgat advérsus me prælium, * in hoc ego sperábo.</p> | <p>1. The Lord is my light and my salvation, * whom shall I fear?</p> <p>2. The Lord is the protector of my life: * of whom shall I be afraid?</p> <p>3. Whilst the wicked draw near against me, * to eat my flesh.</p> <p>4. My enemies that trouble me, * have themselves been weakened, and have fallen.</p> <p>5. If armies in camp should stand together against me, * my heart shall not fear.</p> <p>6. If a battle should rise up against me, * in this will I be confident.</p> |
|---|--|

7. Unam p̄t̄ii a D̄omino, hanc requiram, * ut inhābitem in domo D̄omini omnibus diēbus vitæ meæ:
8. Ut vīdeam voluptātem D̄omini, * et vīstem templum eius.
9. Quōniam abscondit me in tabernaculo suo: * in die malōrum protēxit me in abscondito tabernaculi sui.
10. In petra exaltāvit me: * et nunc exaltāvit caput meum super inimicos meos.
11. Circuivi, et immolavi in tabernaculo eius hōstiam vociferationis: * cantābo, et psalmum dicam D̄omino.
12. Exāudi, D̄omine, vocem meam, qua clamavi ad te: * miserere mei, et exāudi me.
13. Tibi dixit cor meum, exquisivit te faciē mea: * faciē tuam, D̄omine, requiram.
14. Ne avērtas faciē tuam a me: * ne declīnes in ira a servo tuo.
15. Adiutor meus esto: * ne derelinquas me, neque despicias me, Deus, salutāris meus.
16. Quōniam pater meus, et mater mea dereliquerunt me: * D̄ominus autem assumpsit me.
17. Legem pone mihi, D̄omine, in via tua: * et dirige me in sēmitam rectam propter inimicos meos.
18. Ne tradideris me in animas tribulāntium me: * quōniam insurrexerunt in me testes inīqui, et mentīta est inīquitas sibi.
19. Credo vidēre bona D̄omini * in terra vivēntium.
20. Exspēcta D̄ominum, viriliter age: * et confortētur cor tuum, et sūstine D̄ominum.

Ant. Credo vidēre * bona D̄omini in terra vivēntium.

7. One thing I have asked of the Lord, this will I seek after; * that I may dwell in the house of the Lord all the days of my life.
8. That I may see the delight of the Lord, * and may visit his temple.
9. For he hath hidden me in his tabernacle; * in the day of evils, he hath protected me in the secret place of his tabernacle.
10. He hath exalted me upon a rock: * and now he hath lifted up my head above my enemies.
11. I have gone round, and have offered up in his tabernacle a sacrifice of jubilation: * I will sing, and recite a psalm to the Lord.
12. Hear, O Lord, my voice, with which I have cried to thee: * have mercy on me and hear me.
13. My heart hath said to thee: My face hath sought thee: * thy face, O Lord, will I still seek.
14. Turn not away thy face from me; * decline not in thy wrath from thy servant.
15. Be thou my helper, * forsake me not; do not thou despise me, O God my Saviour.
16. For my father and my mother have left me: * but the Lord hath taken me up.
17. Set me, O Lord, a law in thy way, * and guide me in the right path, because of my enemies.
18. Deliver me not over to the will of them that trouble me; * for unjust witnesses have risen up against me; and iniquity hath lied to itself.
19. I believe to see the good things of the Lord * in the land of the living.
20. Expect the Lord, do manfully, * and let thy heart take courage, and wait thou for the Lord.

Ant. I believe that I shall yet see * the goodness of the Lord in the land of the
8. living.

nāculum, et omnia vasa ministērii sāguine simlīter aspēsit: Et omnia pene in sāguine secūndum legem mundāntur: et sine sāguinis effusiōne non fit remissio.

R. Sepulto D̄omino, signatum est monumētum, volvētes lapidem ad ostium monumēti: * Ponētes mīlites, qui custodirent illum.

V. Accedētes p̄ncipes sacerdotum ad Pilatum, petierunt illum. * Ponētes mīlites, qui custodirent illum. * Sepulto D̄omino, signatum est monumētum, volvētes lapidem ad ostium monumēti: * Ponētes mīlites, qui custodirent illum.

CONCĒDE, quāsumus, omnipotens Deus: ut, qui Fīlii tui resurrectionem devōta exspectatione p̄ævenimus; eiūsdem resurrectionis glōriam consequāmur. Per eūndem D̄ominum.

R. Amen.

of the ministry, in like manner, he sprinkled with blood. And almost all things, according to the law, are cleansed with blood: and without shedding of blood there is no remission.

R. After that the Lord was buried, they sealed the sepulchre, rolling a stone to the door of the sepulchre * Setting a watch to keep Him.

V. The chief priests came together unto Pilate, and made that request unto him. * Setting a watch to keep Him. * After that the Lord was buried, they sealed the sepulchre, rolling a stone to the door of the sepulchre, * Setting a watch to keep Him.

PRAYER

Grant, we beseech thee, O Almighty God: that we who anticipate the resurrection of thy Son with pious expectation, may obtain the glory of the same resurrection. Through the same Jesus Christ.

R. Amen.

R. Astiterunt reges terræ, et principes convenérunt in unum, * Advérsus Dóminum, et advérsus Christum eius.

V. Quare fremuerunt gentes, et pópuli meditáti sunt inánia? * Advérsus Dóminum, et advérsus Christum eius.

Hebrews 9:15-18

ET ídeo novi testaménti mediátor est: ut, morte intercédente, in redemptiónem eárum prævaricatiónum, quæ erant sub prióri testaménto, repromissiónem accípiant, qui vocáti sunt æternæ hereditátis. Ubi enim testaméntum est: mors necesse est intercédant testatóri. Testaméntum enim in mórtuis confirmátum est: alióquin nondum valet, dum vivit qui testátus est. Unde nec primum quidem sine ságuine dedicátum est.

R. Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum: * Factus sum sicut homo sine adiutório, inter mórtuos liber.

V. Posuerunt me in lacu inferióri, in tenebrósis, et in umbra mórtis. * Factus sum sicut homo sine adiutório, inter mórtuos liber.

Hebrews 9:19-22

LECTO enim omni mandáto legis a Móyse unívérso pópulo: accípiens sánguinem vitulórum, et hircórum cum aqua et lana coccínea, et hyssópo: ipsum quoque librum, et omnem pópulum aspérsit, Dicens: Hic sanguis testaménti, quod mandávit ad vos Deus. Etiam taber-

R. The kings of the earth set themselves, and the rulers take counsel together * Against the Lord, and against His Anointed.

V. Why do the heathen rage? and the people imagine a vain thing, * Against the Lord, and against His Anointed?

EIGHTH LESSON

And therefore he is the mediator of the new testament: that by means of his death, for the redemption of those transgressions, which were under the former testament, they that are called may receive the promise of eternal inheritance. For where there is a testament, the death of the testator must of necessity come in. For a testament is of force, after men are dead: otherwise it is as yet of no strength, whilst the testator liveth. Whereupon neither was the first indeed dedicated without blood.

R. I am counted with them that go down into the pit. * I am as a man that hath no strength, lying nerveless among the dead.

V. They have laid me in the lowest pit, in darkness, and in the shadow of death. * I am as a man that hath no strength, lying nerveless among the dead. * I am counted with them that go down into the pit. * I am as a man that hath no strength, lying nerveless among the dead.

NINTH LESSON

For when every commandment of the law had been read by Moses to all the people, he took the blood of calves and goats, with water, and scarlet wool and hyssop, and sprinkled both the book itself and all the people, Saying: This is the blood of the testament, which God hath enjoined unto you. The tabernacle also and all the vessels

Ant. Dómine, * abstraxísti ab ínferis ánimam meam.

1. EXALTÁBO te, Dómine, quóniam suscepísti me: * nec delectásti inimícos meos super me.
2. Dómine, Deus meus, clamávi ad te, * et sanásti me.
3. Dómine, eduxísti ab ínférno ánimam meam: * salvásti me a descendéntibus in lacum.
4. Psállite Dómino, sancti eius: * et confitémini memóriæ sanctitátis eius.
5. Quóniam ira in indignatióne eius: * et vita in voluntáte eius.
6. Ad vésperum demorábitur fletus: * et ad matutínium lætítia.
7. Ego autem dixi in abundántia mea: * Non movébor in ætérnum.
8. Dómine, in voluntáte tua, * præstitísti decóri meo virtútem.
9. Avértisti fáciem tuam a me, * et factus sum conturbátus.
10. Ad te, Dómine, clamábo: * et ad Deum meum deprecábor.
11. Quæ utilitas in ságuine meo, * dum descéndo in corruptiÓNem?
12. Numquid confitébitur tibi pulvis, * aut annuntiábit veritátem tuam?
13. Audívit Dóminus, et misértus est mei: * Dóminus factus est adiutor meus.
14. Convertísti planctum meum in gáudium mihi: * conscidísti saccum meum, et circumdedísti me lætítia:
15. Ut cantet tibi glória mea, et non compúngar: * Dómine, Deus meus, in ætérnum confitébor tibi.

Ant. Dómine, * abstraxísti ab ínferis ánimam meam.

Ant. O Lord, Thou hast brought up * my soul from the grave.

PSALM 29

1. I will extol thee, O Lord, for thou hast upheld me: * and hast not made my enemies to rejoice over me.
2. O Lord my God, I have cried to thee, * and thou hast healed me.
3. Thou hast brought forth, O Lord, my soul from hell: * thou hast saved me from them that go down into the pit.
4. Sing to the Lord, O ye his saints: * and give praise to the memory of his holiness.
5. For wrath is in his indignation; * and life in his good will.
6. In the evening weeping shall have place, * and in the morning gladness.
7. And in my abundance I said: * I shall never be moved.
8. O Lord, in thy favour, * thou gavest strength to my beauty.
9. Thou turnedst away thy face from me, * and I became troubled.
10. To thee, O Lord, will I cry: * and I will make supplication to my God.
11. What profit is there in my blood, * whilst I go down to corruption?
12. Shall dust confess to thee, * or declare thy truth?
13. The Lord hath heard, and hath had mercy on me: * the Lord became my helper.
14. Thou hast turned for me my mourning into joy: * thou hast cut my sackcloth, and hast compassed me with gladness:
15. To the end that my glory may sing to thee, and I may not regret: * O Lord my God, I will give praise to thee for ever.

Ant. O Lord, Thou hast brought up * my soul from the grave.

V. Tu autem, Dómine, miserére
mei.
R. Et resúscita me, et retribuam
eis.

PATER noster ...

Treatise of St. Augustine on Ps 63:7

ACCÉDET homo ad cor altum, et exaltábitur Deus. Illi dixerunt: Quis nos vidébit? Defecerunt scrutantes scrutatiónes, consília mala. Accéssit homo ad ipsa consília, passus est se tenéri ut homo. Non enim tenerétur nisi homo, aut viderétur nisi homo, aut cæderétur nisi homo, aut crucifigerétur, aut morerétur nisi homo. Accéssit ergo homo ad illas omnes passiónes, quæ in illo nihil valérent, nisi esset homo. Sed si ille non esset homo, non liberarétur homo. Accéssit homo ad cor altum, id est, cor secrétum, obiciens aspéctibus húmánis hóminem, servans intus Deum: celans formam Dei, in qua æquális est Patri, et offerens formam servi, qua minor est Patre.

R. Recéssit pastor noster, fons aquæ vivæ, ad cuius tránsitum sol obscurátus est: * Nam et ille captus est, qui captívum tenébat primum hóminem: hódie portas mortis et seras páriter Salvátor noster dirúpit.

V. Destrúxit quidem claustra inférni, et subvértit poténtias diáboli. * Nam et ille captus est, qui captívum tenébat primum hóminem: hódie portas mortis et seras páriter Salvátor noster dirúpit.

V. But Thou, O Lord, be merciful unto
me.
R. And raise me up; and I will requite
them.

FOURTH LESSON

We shall attain to thoughts that are very deep: but God shall still be exalted. The enemies of our Lord had communed of laying snares privily; they had said, Who shall see them? They had searched out iniquities; they had accomplished a diligent search. And Man attained even unto (the realization of) their counsels, for the Lord, as Man, suffered Himself to be taken. For He had not been taken at all, unless He had been a Man, or seen, unless He had been a Man, or smitten, unless He had been a Man, or crucified, unless He had been a Man, or have died, unless He had been a Man. Man therefore, He attained unto all those sufferings, which had had nothing in Him, unless He had been a Man. But if He had not been Man, man had not been redeemed. And the Lord as Man attained to thoughts that were very deep, yea, secret; showing the Manhood to the eyes of men, and keeping the Godhead within Him; veiling the form of God, as touching Which, He is Equal to the Father, and manifesting the form of a servant, as touching which, He is inferior to the Father.

R. Our Shepherd, even the Fountain of living waters, is gone from us; He passed away, and the sun was darkened. * For now hath our Saviour bound him captive, which bound the first man captive; this day hath He burst the gates and bars of death.

V. The bands of hell He hath utterly abolished, and hath done away the power of the devil. * For now hath our Saviour bound him captive, which bound the first man captive; this day hath He burst the gates and bars of death.

stítia tua in terra obliviónis?
14. Et ego ad te, Dómine, clamávi:
* et mane orátio mea præveniet
te.
15. Ut quid, Dómine, repéllis
oratióem meam: * avértis
fáciem tuam a me?
16. Pauper sum ego, et in labó-
ribus a iuventúte mea: * ex-
altátus autem, humiliátus sum
et conturbátus.
17. In me transiérunt iræ tuæ: * et
terróres tui conturbavérunt me.
18. Circumdedérunt me sicut aqua
tota die: * circumdedérunt me
simul.
19. Elongásti a me amicum et
próximum: * et notos meos a
miséria.

Ant. Factus sum sicut homo sine
adiutório, inter mórtuos liber.

V. In pace factus est locus eius.
R. Et in Sion habitatio eius.

PATER noster ...

Hebrews 9:11-14

CHRISTUS assístens Póntifex futurórum bonórum, per ámplius et perféctius tabernáculum non manufactum, id est, non huius creatiÓNis: Neque per sánguinem hircórum, aut vitulórum, sed per próprium sánguinem introívit semel in Sancta, ætérna redemptiÓNe invénta. Si enim sanguis hircórum, et taurórum, et cinis vitulæ aspérsus inquinátos sanctificat ad emundatiÓNem carnis: Quanto magis sanguis Christi, qui per Spíritum Sanctum semetípsum óbtulit immaculátum Deo, emundábit consciéntiam nostram ab opéribus mórtuis, ad serviéndum Deo vivénti?

14. But I, O Lord, have cried to thee: *
and in the morning my prayer shall
prevent thee.
15. Lord, why castest thou off my prayer: *
why turnest thou away thy face from
me?
16. I am poor, and in labours from my
youth: * and being exalted have been
humbled and troubled.
17. Thy wrath hath come upon me: * and
thy terrors have troubled me.
18. They have come round about me like
water all the day: * they have com-
passed me about together.
19. Friend and neighbour thou hast put far
from me: * and my acquaintance, be-
cause of misery.

Ant. I am as a man that hath no strength,
lying nerveless among the dead.

V. His place is in peace.
R. And His dwelling-place in Zion.

SEVENTH LESSON

But Christ, being come an high priest of the good things to come, by a greater and more perfect tabernacle not made with hand, that is, not of this creation: Neither by the blood of goats, or of calves, but by his own blood, entered once into the holies, having obtained eternal redemption. For if the blood of goats and of oxen, and the ashes of an heifer being sprinkled, sanctify such as are defiled, to the cleansing of the flesh: How much more shall the blood of Christ, who by the Holy Ghost offered himself unspotted unto God, cleanse our conscience from dead works, to serve the living God?

Ant. In pace * factus est locus eius, et in Sion habitatio eius.

Ant. His place is in peace * and His dwelling-place in Zion.

Ant. Factus sum * sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.

Ant. I am as a man that hath no strength, * lying nerveless among the dead.

PSALM 87

1. DÓMINE, Deus salutis meae: * in die clamávi, et nocte coram te.
2. Intret in conspéctu tuo oratio mea: * inclína aurem tuam ad precem meam:
3. Quia repléta est malis ánima mea: * et vita mea inférno appropinquávit.
4. Æstimátus sum cum descendéntibus in lacum: * factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mórtuos liber.
5. Sicut vulneráti dormiéntes in sepúlcris, quorum non es memor ámplius: * et ipsi de manu tua repúlsi sunt.
6. Posuérunť me in lacu inferiori: * in tenebrósis, et in umbra mortis.
7. Super me confirmátus est furor tuus: * et omnes fluctus tuos induxísti super me.
8. Longe fecísti notos meos a me: * posuérunť me abominatió-nem sibi.
9. Tráditus sum, et non egrediébar: * óculi mei languérunt præ inópia.
10. Clamávi ad te, Dómine, tota die: * expándi ad te manus meas.
11. Numquid mórtuis fácies mirabília: * aut médici suscitábunt, et confitebúntur tibi?
12. Numquid narrábit áliquis in sepúlcro misericórdiam tuam, * et veritátem tuam in perditió-ne?
13. Numquid cognoscéntur in ténebris mirabília tua, * et iu-
1. Lord, the God of my salvation: * I have cried in the day, and in the night before thee.
2. Let my prayer come in before thee: * incline thy ear to my petition.
3. For my soul is filled with evils: * and my life hath drawn nigh to hell.
4. I am counted among them that go down to the pit: * I am become as a man without help, free among the dead.
5. Like the slain sleeping in the sepulchres, whom thou rememberest no more: * and they are cast off from thy hand.
6. They have laid me in the lower pit: * in the dark places, and in the shadow of death.
7. Thy wrath is strong over me: * and all thy waves thou hast brought in upon me.
8. Thou hast put away my acquaintance far from me: * they have set me an abomination to themselves.
9. I was delivered up, and came not forth: * my eyes languished through poverty.
10. All the day I cried to thee, O Lord: * I stretched out my hands to thee.
11. Wilt thou shew wonders to the dead? * or shall physicians raise to life, and give praise to thee?
12. Shall any one in the sepulchre declare thy mercy: * and thy truth in destruction?
13. Shall thy wonders be known in the dark; * and thy justice in the land of forgetfulness?

FIFTH LESSON

QUO perduxérunt illas scrutatiónes suas, quas perscrutántes defecérunt, ut étiam mortuo Dómino et sepúlto, custódes pónerent ad sepúlcrum? Dixérunt enim Piláto: Sedúctor ille: hoc appellabátur nómine Dóminus Iesus Christus, ad solátium servórum suórum, quando dicúntur seductóres: ergo illi Piláto: Sedúctor ille, inquit, dixit adhuc vivens: Post tres dies resúr-gam. Iube itaque custodíri sepúlcrum usque in diem tertium, ne forte véniant discípuli eius, et furéntur eum, et dicant plebi: Surrexít a mórtuis: et erit novíssimus error peior priore. Ait illis Pilátus: Habétis custódiám, ite, custodíte sicut scitis. Illi autem abeúntes, muniérunt sepúlcrum, signántes lápidem cum custodibus.

R. O vos omnes, qui transítis per viam, atténdite, et vidéte, * Si est dolor símilis sicut dolor meus.

V. Atténdite, univérsi pópuli, et vidéte dolórem meum. * Si est dolor símilis sicut dolor meus.

How far did the accomplishment of their diligent search reach? Even to the setting of a watch of soldiers at the sepulchre, to guard the Lord, even after He was dead and buried. For they said unto Pilate: Sir, we remember "that deceiver". This was the term by which they designated the Lord Jesus Christ, and the remembrance that He was so named is a sweet consolation to us His servants, when we are called impostors. So they said unto Pilate, that deceiver said, while He was yet alive: After three days I will rise again. Command therefore that the sepulchre be made sure until the third day, lest His disciples come and steal Him away, and say unto the people: He is risen again from the dead: so the last error shall be worse than the first. Pilate said unto them: Ye have a watch; go your way; make it as sure as ye can. So they went and made the sepulchre sure, sealing the stone, and setting a watch.

R. O all ye that pass by, behold and see; * If there be any sorrow like unto my sorrow.

V. O all ye nations, behold, and see my sorrow, * If there be any sorrow like unto my sorrow.

SIXTH LESSON

POSUÉRUNT custódes mílites ad sepúlcrum. Concússa terra Dóminus resurrexít: mirácula facta sunt tália circa sepúlcrum, ut et ipsi mílites, qui custódes advénerant, testes fierent, si vellent vera nuntiáre. Sed avarítia illa, quæ captívavit discípulum cómitem Christi, captívavit et mílitem custódem sepúlcri. Damus, inquit, vobis pecúniám: et dícite, quia vobis dormiéntibus venérunt discípuli eius, et abstulérunt eum. Vere defecérunt scrutántes scrutatiónes. Quid est quod dixísti, o infélix astutia? Tantúmne déseris lucem

So they went, and made the sepulchre sure, sealing the stone, and setting a watch and anon, behold, there was a great earthquake, and the Lord arose. So great wonders were wrought about the sepulchre that the very soldiers, which were put to guard it, were witnesses thereto, if only they would have told the truth. But the same love of money which had made a slave of that disciple who was a companion of Christ, made slaves also of the soldiers that were put to watch His sepulchre. Some of the watch came into the city, and showed unto the chief-priests all the things that were done: and when they were assembled with the elders, and had taken counsel, they gave large money unto the soldiers, saying:

consilii pietatis, et in profunda versutia demergeris, ut hoc dicas: Dicite quia vobis dormientibus venerunt discipuli eius, et abstulerunt eum? Dormientes testes adhibes: vere tu ipse obdormisti, qui scrutando talia defecisti.

Say ye, His disciples came by night and stole Him away while we slept. In good sooth, their diligent search had been accomplished and ended before this. What didst thou say, O stupid cunning? Wast thou indeed so utterly void of the light of godly wisdom, and confounded in the bottomless pit of thine own falsehood as to tell them to say: His disciples came by night, and stole Him away while we slept? Part of the testimony of thine eye-witnesses was that they were asleep at the time: thou thyself wast asleep not to be able to see that on their own testimony, their testimony must have been worthless.

R. Ecce quomodo moritur iustus, et nemo percipit corde: et viri iusti tolluntur, et nemo considerat: a facie iniquitatis sublatus est iustus: * Et erit in pace memoria eius.

R. Behold how the righteous dieth, and no man taketh it to heart; and the just are taken away, and none considereth. From the midst of sinners is the righteous translated; * And his memory is in peace.

V. Tamquam agnus coram tondeute se obmutuit, et non aperuit os suum: de angustia et de iudicio sublatus est. * Et erit in pace memoria eius.

V. As a lamb before his shearers is dumb, so He opened not His mouth; He was taken from prison and from judgment. * And his memory is in peace.

THIRD NOCTURN

Ant. Deus adiuvat me, * et Dominus susceptor est anime mee.

Ant. God is my helper, * and the Lord upholdeth my soul.

PSALM 53

1. DEUS, in nomine tuo salvum me fac: * et in virtute tua iudica me.
2. Deus, exaudi orationem meam: * auribus percipe verba oris mei.
3. Quoniam alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quasi erunt animam meam: * et non proposuerunt Deum ante conspectum suum.
4. Ecce enim, Deus adiuvat me: * et Dominus susceptor est anime mee.

1. Save me, O God, by thy name, * and judge me in thy strength.
2. O God, hear my prayer: * give ear to the words of my mouth.
3. For strangers have risen up against me; and the mighty have sought after my soul: * and they have not set God before their eyes.
4. For behold God is my helper: * and the Lord is the protector of my soul.

5. Averte mala inimicis meis: * et in veritate tua disperde illos.
6. Voluntarie sacrificabo tibi, * et confitebor nomini tuo, Domine: quoniam bonum est:
7. Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: * et super inimicos meos despexit oculus meus.

Ant. Deus adiuvat me, * et Dominus susceptor est anime mee.

5. Turn back the evils upon my enemies; * and cut them off in thy truth.
6. I will freely sacrifice to thee, * and will give praise, O God, to thy name: because it is good:
7. For thou hast delivered me out of all trouble: * and my eye hath looked down upon my enemies.

Ant. God is my helper, * and the Lord upholdeth my soul.

Ant. In pace * factus est locus eius, et in Sion habitatio eius.

Ant. His place is in peace * and His dwelling-place in Zion.

PSALM 75

1. NOTUS in Iudaea Deus: * in Israel magnum nomen eius.
2. Et factus est in pace locus eius: * et habitatio eius in Sion.
3. Ibi confrigit potentias arcuum, * scutum, gladium, et bellum.
4. Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis: * turbati sunt omnes insipientes corde.
5. Dormierunt somnum suum: * et nihil inveniunt omnes viri divitiarum in manibus suis.
6. Ab increpatione tua, Deus Iacob, * dormitaverunt qui ascenderunt equos.
7. Tu terribilis es, et quis resistet tibi? * ex tunc ira tua.
8. De caelo auditum fecisti iudicium: * terra tremuit et quievit.
9. Cum exurgeret in iudicium Deus, * ut salvos faceret omnes mansuetos terrae.
10. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: * et reliquiae cogitationis diem festum agent tibi.
11. Vovete, et reddite Domino, Deo vestro: * omnes, qui in circuitu eius offerunt munera.
12. Terribili et ei qui aufert spiritum principum, * terribili apud reges terrae.

1. In Judea God is known: * his name is great in Israel.
2. And his place is in peace: * and his abode in Sion:
3. There hath he broken the powers of bows, * the shield, the sword, and the battle.
4. Thou enlightenest wonderfully from the everlasting hills. * All the foolish of heart were troubled.
5. They have slept their sleep; * and all the men of riches have found nothing in their hands.
6. At thy rebuke, O God of Jacob, * they have all slumbered that mounted on horseback.
7. Thou art terrible, and who shall resist thee? * from that time thy wrath.
8. Thou hast caused judgment to be heard from heaven: * the earth trembled and was still,
9. When God arose in judgment, * to save all the meek of the earth.
10. For the thought of man shall give praise to thee: * and the remainders of the thought shall keep holiday to thee.
11. Vow ye, and pay to the Lord your God: * all you that are round about him bring presents.
12. To him that is terrible, even to him who taketh away the spirit of princes: * to the terrible with the kings of the earth.